

regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, & adhuc eum ad me, quia filius mortis est, 1. Reg. 20.n.30. Valde diversimodè se habent hic filius, & pater.

Vir gratus solum beneficia considerat, in gratus proprias commo- ditates.

Chrysof.

43.

3. Reg. 19.

Torn. Gregor.

Jacob 3. Ambros.

Abulens.

Gratus beneficii recollatur in gratias hujusmodi oblitus solum odiosa curat.

Chrysof. Carthuf.

Nam Jonathas totus rapitur in considerationem quòd multa bona opera à Davide fuerunt exhibita in Regem totamque rempublicam; & quomodo omnes à manu Philisthæi liberavit. At Sauli è contra nihil aliud in mentem veniebat, quàm damna, quæ Davide superflite sibi filiiisque suis contingere poterant, ut regnum amitterent, quod suspicabatur ad Davidem transiurum. Jonathas, ut vir probitate, ac gratitudine valde insignis, minimè de paterna hereditate sollicitus, nihil aliud in mente fixum tenebat, nisi accepta à Davide beneficia. At Saul omni malitia ingratitudeque repletus propriis commodis consulens, ad obsequia à Davide exhibita minimè attendebat, sed tantum considerabat, ne ob ejus virtutes præclaras regnum ad ipsum transferretur; & ideo adolescentis mortem omni machinabatur conatu. D. Chrysofostomus homil. 1. de Saule & Davide. David; ait, prudens in omnibus vitis suis, & Dominus erat cum eo, & Jonathas filius Saul diligebat David vehementer; cumque ubique vinceret, nec usquam frustraretur successu, crudelem illum nihil horum flexit, sed ad hæc omnia casus conatus est, illum è medio tollere.

Postquam Elias verbo suo clauserat cælum, convocat Regem, ac totum Israël ad montem Carmeli, ubi occidit Prophetas Baal, & post siccitatem, ac famem trium annorum pluviam à Deo impetrat. 3. Reg. 18. n. 45. Reversus autem Achab in domum, Numriarum lezabel omnia, quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset universos Prophetas gladio. 3. Reg. 19. num. 1. Mihi est mirabile valde, quomodo iniquus Rex uxori Jezabeli Prophetarum necem refert, & disertis verbis non commemorat ingens beneficium, scilicet post tam longam famem pluviam datam, quod fuit quid valde mirabile, & in toto populo per omnium ora celebre. Tornellus anno mundi 3124. n. 3. D. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 5. & de hoc ait D. Jacobus in sua Canonica, cap' 5. nam. 18. Et rursus oravit, & cælum deus pluviam, & terra dedit fructum suum. Et S. Ambrosius serm. 32. ait, Elias reseravit cælum, terram orationibus fecundavit. Cur ergo Achab non ita expressè pluviam mirabiliter datam, seu eadem Prophetarum narrat? Abulensis quæst. 1. Ex malitia narravit hæc Achab, quia quamquam vidisset miracula Dei per Eliam, tamen non omnino redibat ad cultum ejus, & dolebat de morte Sacerdotum Baal, & placuit ei, quod Jezabel vellet occidere Eliam, unde consentit, quod loqueretur ei verba dura. Populus gratus solum habebat ante oculos magnum beneficium ab Elia impetratum, ut ei pro accepta fertilitate maximè gratificaretur: At nequissimus Achab de communi beneficio oblitus ea speciosis verbis refert Jezabeli, quæ possent illius iram accendere, odium excitare, & depravatam voluntatem in Propheram movere. Quod totum illius ingratitude adscribit Chrysofostomus homil. de de- collatione Baptiste, & Carthusianus in cap. 19. ait: Ex quo patet obstinatio & ingratitude ipsius.

QUÆSTIO VIII.

Quare Regulus rogabat, ut Dominus descenderet in domum suam?

EX imperfecta fide rogabat Regulus, ut Dominus descenderet, & sanaret filium ejus. Et hæc imperfectio, præcipuè ex triplici defectu videtur provenire. Et primus defectus ait Divus Thomas ex Divo Chrysofostomo, fuit, quòd dubitabat, utrum Christus sanare posset filium ejus; nam si pro certo hoc credidisset, non expectasset adventum Christi ad terram suam, sed ipse potius ivisset in Judæam. Modò verò quasi desperatus de salute filii nolens negligere, quidquid circa hoc facere posset, abiit ad eum, more parentum. Tamen cum Regulus haberet fidem imperfectam, intelligendum est, quòd dubitavit, cum Divo Gregorio homil. 28. in Evangelia; nempe quòd fuerit anceps, an Dominus absentem potuerit sanare: nam, ut ait Albertus Magnus, appropinquando infirmo putabat, eum plus posse.

44. Triplex in Regulo fides defectus.

D. Thom. Chrysof.

Alber. Mag.

Secundus defectus maximè faciens ad hanc quæstionem, ut tradunt D. Augustinus, D. Gregorius citatus, Albertus Magnus. Beda, D. Thomas, Rupertus, Hugo. Quia licet Regulus crederet, Christum esse verum hominem, & sanctum, qui multa mirabilia poterat operari; non tamen credebat, eum esse Deum; aliàs credidisset, eum posse sanare absentem, cum Deus ubique sit præsens. Jerem. 23. num. 24. Cælum, & terram ego impleo, & ita non rogaret eum, quòd descenderet in domum suam, sed quòd mandaret tantum. Tertius defectus patebit ex infra dicendis, Descende, priusquam moriatur filius meus; quia non credebat, quòd si contingeret filium mori, potens esset, eum suscitare, ut ponderat Theophylact. de quo ibi, & ideo fides Reguli erat imperfecta, & non integra, ut ex Chrysofostomo dicam, quæst. sequenti.

45. August. Greg. Albert. Mag. Beda. D. Thom. Rupert. Hugo.

Jerem. 34

Theophyl.

Secunda ratio. Ingenita nobilitas viri, ut de genere regio, ac magna divitiarum opulencia animum dabant Regulo, ut confidenter peteret, ut Christus secum descenderet, & abiret in domum suam. Tertia ratio. Ingens filii amor quem jam penè animam agere videbat, audacem faciebat hominem, ut descensum Domini in domum suam deprecaretur. Ex vehementi amore audacia, & confidentia prodiit, ad acceleratè affectanda, & procuranda ea, quibus illa, quæ appetimus obtinere valeamus. Amor rumpit moras, audaciamque ministrat.

46. Nobilitas, ac opulencia dant confidentiam ad multa.

Amor temperalis audax, & impatiens.

Venit Jesus ad sepulchrum, ut Lazarum resuscitaret, ut ait circumstantibus: Tollite lapidem, Joan. 11. num. 30. Venit Jacob in Mesopotamiam juxta puteum, qui magno lapide claudabatur, ad quem movendum pro sua magnitudine, & ponderare, omnes loci pastores expectabantur, ut advertunt Pererius, Cornelius, & alii ad cap. 29. Peter. Genes. num. 7. ut ita adquarent suos greges. Cum Corn. Jacob vidisset Rachel venientem, ne eadem expectatione detineretur, Amovit lapidem, quo puteus claudabatur, Genes. 29. num. 7. Præclare Origenes in cap. 11. Ioan. quæstionem excitat inter Jesum, & Jacob. Quare, ait, hoc quidem loco Jesus ipse lapidem à spelunca non amoverit, sed dixerit

47. Joan. 11.

Genes. 19. Orig.

48.

rit: Tollite lapidem; Genesis autem Jacob saxum à putei ostio detulerit? Valde mirum, quòd Jesus qui habet potentiam infinitam, qui suo nutu disponit omnia, præcipiat ut ministris lapis auferatur, & tamen Jacob super proprias vires lapidem, ad cujus motum multi homines desiderabantur, depellere audeat, in aliumque transferat locum? Multum distat, quando animus gubernatur consilio, vel quando impetu proprii appetitus rapitur. Jesus magna sapientia, & alta prudentia disponebat omnia, & ideo scit expectare, proportionatas moras sustinere, ut saxum à ministris dimoveatur, ut miraculum fiat evidentius, & ipsi lapidis ablatores, sunt testes locupletissimi: At Jacob vehementi Rachelis inflammabatur amore temporalis autem affectus valde præceps moras pati nescit, & multa supra proprias vires aggredi non recusat, sed quæque difficulta audeat præsumere, multum de suis viribus confidens. Abulensis ibi, Hoc fecit, ait, amore consobrina sua cui complacere volebat.

Prudentia sustinet moras, quas amor pati non potest. Abulens.

Ioannis 4. n. 48. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.

VERSIONES.

Syriacas. Dixit Ieschua: Nisi signa & miracula videritis. Variab. Nequaquam credideritis. Franc. Lucas ex Nequaquam credatis: Græco. Alij apud ipsam, Non creditis: ex Gr. de fut.

EXPOSITIO.

48. CUM suam imperfectam fidem ostenderit Regulus, ut dixi superiori quæstione & iterum dicam quæstione sequenti, respondit Dominus cum incepando & arguendo, qui non integre, & perfecte credebat, Dominum posse sanare infirmum distantem. Et ait: Nisi signa & prodigia Quod verò inter hæc sit discrimen; Ammonius in Catena Græca; Theophylactus, Euthymius, D. Thomas, Bonaventura, quod quamvis utraque eveniant præter naturam; tamen signum est illud, quod licet aliquando miraculose fiat, attamen vi nature potest contingere, ut agros sanarent. Prodigium autem id dicitur, quod ita est præter naturam, ut nunquam naturalibus viribus fieri valeat, ut mortuum suscitare, aperire oculos cæci à nativitate. Et ita ait Albertus Magnus; quòd prodigium dicitur id quod non est auditum; & idem est, ac procul à digito: Tamen hoc discrimen non est semper verum, quia prodigia sæpe signa vocantur, ut de admirabili partu B. Virginis dicitur Isai. 7. n. 14. Ecce Dominus dabit vobis signum. Et ideo Origenes hic ait prodigium dici illud, quod excedit humanam conditionem & est præter opinionem; signum autem illud appellari, quòd aliquid significat, & denotat.

Ammon. Theoph. Euthym. D. Thom. Bonavent. Quid sit signum. Quid prodigium. Alb. Magn.

Isai. 7. Origen.

49.

Videritis non creditis. Aliqui in futuro legunt, non creditis. Sed rectius legendum est cum nostra Vulgata de præsentibus. Et hæc di-

cit Dominus, ut rectè observant Theophylactus, Cajetanus; arguendo incredulitatem Judæorum ob Samaritanos, qui absque signis & prodigijs crediderunt sermone Domini tantum; Ioan. 4. n. 4. 2. Et pungit, Dominus hic perpetuum Judæorum vitium, ut signa peterent, & quærent, 1. Corinth. 1. num. 22. Immo signa, immuta mirabilia, Ecclesiasti, 36. nom. 6. Quasi Judæorum dicitur velle, quòd Dominus esset in perpetuo fluxu signorum: siquidem jam multa mirabilia erat operatus, tum in ipsa Cana in nuptiis, tum in templo Jerosolymitano, & tamen adhuc, ut crederet, desiderabat signa. Et quavis Dominus haberet sermonem cum Regulo, pluraliter loquitur: Veritati non creditis, ut ait Rupertus lib. 4. in Ioan. quia omnibus hominibus gentis suæ loquebatur. Deinde; quia suavior est reprehensio; quæ in communi fertur; quàm quæ ad particulare dirigitur: Vide supra in hoc lib. 4. cap. 3. quæst. 12. per totam.

Theophyl. Cajetan.

1. Cor. 2. Eccl. 36.

Rupert.

Reprehensio in communi suavior.

QUÆSTIO IX.

Quare Regulus reprehendatur à Domino?

CONVENIUNT omnes Patres, & Expliciter res, quòd hæc: Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis: dixerit Christus Regulo per modum objurcationis, & quòd ad perfecta credendum signa requirebantur, cum ipse regulus esset inducendus ad fidem per signa, ut notant Albertus Magnus, & Toletus annot. 27. Si non venissem, & opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, Joan. 15. n. 24. Ergo non videtur dignus reprehensione Regulus si ad credendum miracula petiit. Ad quæstionem igitur.

38.

Alber. Mag. Tertull. Ioan. 51.

Respondet primò Divus Augustinus tractat. 16. Arguit, ait, hominem Christus in fide tepidam; aut omnino nullius fidei: sed remota e curpiem de sanitate filii sui, qualis esset Christus, & quis esset, & quantum posset. Existimat Si Pater, quod ideo Regulus reprehenditur, quòd venerit ad Christum, animo tentandi eum, sine ulla fide, vel ea valde remissa, & tepida: probabilius mihi est, hominem accessisse, non intentione tentandi, sed desiderio procurandi filio sanitatem.

49. August.

Regulus an venerit animo tentandi.

Secundò, est germana solutio, respondent D. Chrysofostomus homil. 34. D. Gregorius Magn. homil. 28. in Evang. Theophylactus, Beda. Albertus Magnus, & alii communiter, quòd Regulus accessit fide imperfecta, Et ita ait Chrysofostomus: Licet crediderit, non tamen firmiter, neque integre. Quod ergo habuerit aliquam fidem, ex eo ostenditur, quòd venerit ad Christum deprecans pro salute filii. Quòd verò fuerit imperfecta, ex eo convincitur; quia credidit, eum non posse sanare absentem; & ideo rogabat, ut descenderet. Deinde fortasse, quia regulus erat in ea dispositione, quòd si Dominus faceret miraculum, crederet; si vero sanitatem filio non donaret, assensum fidei non præberet. Ea de causa eum Dominus arguit, & reprehendit: quia, cum tam suspensum opus in Cana editum fuerit in nuptiis, & tanta in templo Jerosolymitano mirabilia facta

52.

Chrysof. Greg. Mag. Theophyl. Alber. Mag. Chrysof. Regulus im- perfectus im- fidei.



Chrysof.

in festo Paschali, in quo necessum erat ipsum Regulam adesse, adhuc tamen homo erat ante-

Luc. 4.

Chrysof. Hugo.

Tertio, ut docent D. Chrysofomus, Hugo, si Regulus erat firmus in fide, non debebat dubitare de potestate Domini, sed id proferre quod alius pater de turba pro salute filii deprecans dixit: Adjura, Domine, incredulitatem meam, Mar. 9. num. 23. Sed pro dolor Dynastis, & principibus, vulgares homines fide, ac virtute præcedunt. Quarto, Valde mirum, quod dum à Regulo signa desiderantur, reprehenditur: & tamen Abraham signum petiit Genes. 15. n. 8. Gedeon, Judic. 6. num. 17. & isti non arguuntur: quare Regulus ita objurgatur? Regulus requirebat signa ex sua dubitatione, ac verò Abraham, & Gedeon petebant ex gaudio, & admiratione, & ut magis consolaretur Alias rationes hujus rei, vide lib. 1. c. 4. 7. 26. à n. 62.

Chrysof.

Reprehensio saepe datur ex amore.

Chrysof.

Opera ordinanda, non ad corporis, sed animæ salutem.

Cor.

August.

Temporalia à nobis declinanda.

Inconstantia ac labentia fugienda.

tur enim ut noster animus ad inconstantiam, labentiaque temporalia feratur, sed ut tendat ad ea, quæ fixa sunt, atque perpetua. Sexto, ut docet Euthymius, & dixi in expositione ex Theophylacto. Hæc dicit Dominus deprimendo Judæo cum Samaritanis collatis; nam illi, quamvis reputarentur extranei à genere Judæorum, tamen absque signis, & prodigiis, solo sermone Domini crediderunt, & magnus est dolor, quod extranei in amore, ac benevolentia concives, ac naturales præcedant.

Euthym. Theoph.

Septimo, Multi è populo Judæorum dubitarunt circa Domini majestatem, & excellentiam; & nullum Dominus in particulari ita severè reprehendit, ut diceret: Nisi signa, & prodigia videritis non creditis: Cur ergo Regulus ita rigide pangitur? Dubitabat hic Regulus, ut docent D. Gregorius, Beda, Albertus Magnus, & alij, an Dominus posset Domini absentem dare salutem; præsumebat enim, quod virtus Domini præsentibus terminaretur. Hanc existimationem Dominus Rex regum ægrè fert, & graviter reprehendit, Princeps enim, & Regi maxime adversatur, quod virtus sua tota sit, ut præsentibus medelam possit afferre, ita ut absentibus non valeat opulari. Providentia principis non debet in angulo terminari, sed ita sit benefica cum iis, qui è propinquo sunt, atque cum illis, qui à longè distant.

Gregor. Beda. Alb. Magn. Reges divitiis sua omnia sciunt & vident.

Loquens cum Regibus D. Gregorius Nazianzenus ait orat. 27. Orbis universus manus vestras subjectus est diademate parvo, atque exiguo panno retentus. Superiora solius Dei sunt, inferiora autem vestra etiam sunt, Subditis vestris Deos vos præbete. Valde mirabilis, & ponderosa est sententia Patris per omnia verba: Orbis universus manus vestras subjectus; non ait sub pedibus, sed manus subjectus, quæ autem in manu sunt, ante oculos sunt posita. Ita totum regnum, & imperium ante conspectum Regis versetur. Diademate parvo, atque exiguo panno retentus, Ad eum totus principatus, & dominatus Regi præsens esse debet, ac si esset brevi corona cinctus, ac circumdatus, & parvo panniculo, ac exigua parte vestis involutus, ut pauper ibi elemosinam accipit, ac amplectatur: Subditis vestris Deos vos præbete. Quid dicit, Magne Pater? Quod homunculus se habeat tanquam Deus. Intelligit acumen Nazianzeni. Vult enim, ut Princeps ita de suis subditis sive absentibus, sive præsentibus sit sollicitus, ut quantum patitur humana conditio, intendat Dei providentiam imitari, ut omnibus suis memoria, cogitatione, ac bona gubernatione sit ubique præsens, ita ait: Subditis vestris Deos vos præbete.

Nazianz.

Reus subditos tam presentes, quam absentes sciunt & cognoscunt.

De magno Joseph ait Ecclesiast. c. 49. n. 17. Neque ut Joseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetaverunt. Magnis encomiis prudentia, ac providentia, regimen, ac castitas Joseph in Scriptura celebratur, nunquam tamen tot laudibus extollitur, ut hoc in loco; hoc dicitur princeps, rector, ac stabilimentum. Quare hic potius dicitur princeps, quam alio loco, dum totum Ægyptum, gubernat, & omnibus suppeditat frumentum? Dicitur enim hic: Ossa ipsius post mortem prophetaverunt; hoc est, ut advertit Hugo, ex Magistro Ecclesiastico historice, Hago; quod

quod cum Israëlita de Ægypto essent egressuri, secum tolerunt ossa Joseph, Exod. 13. n. 19. quæ Prophetaverunt, ac dederunt indicia de difficultate itineris, & quomodo hujusmodi difficultates superandæ erant, atque vincendæ. Merito ergo hic potius nomen Principis potitur, quam dum tenet clavum totius Ægypti; tunc enim solum iis, qui se ejus conspectui dabant, alimoniam præbebat. At post mortem omnibus præstat documenta, tam præsentibus, quam postea futuris, docet enim, quomodo itinerando obstacula sunt rumpenda ab his, qui exeunt ab Ægypto & ab his, qui in itinere nascuntur per spatium quadraginta annorum, & tunc potius nomen Principis obtinet dom præsentibus, & absentibus consulit, quam dom solum his, qui ad eum confluunt, providit.

Illo dicitur verè Princeps, qui absentibus providet.

Joannis 4. n. 49. Dicit ad eum Regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus.

VERSIONES.

Syriacus. Dixit ei servus ille regius: Domine mi, descende priusquam mortuus sit puer.
Vatablas. Dicit ei Regius: Domine, Descende ante mori puerum meum.
Græcus, & Pæ. Antequam moriatur puerulus meus.

EXPOSITIO.

Chrysof.

DE suæ fidei imperfectione reprehenditur Regulus; & tamen hæc parum considerat filii dolore affectus, ut ait D. Chryl. hom. 34. Non multum tunc Christi verbis attendit; sed in solius filii cura versabatur. Postmodum ea reburaturus, & inde multum utilitatis consecutus: Qui fortè de sua dignitate multum præsumebat, præ amore filii sollicitus, nil curat de reprehensione, nisi ut ejus sanitatem valeat impetrare. Et interrumpens Christi sermonem amore rerum temporalium, ne morandi causam neceret, ait: Domine, honoris nomine eum compellat; ut hoc modo eum ad petitionem suam magis alliciat. Descende, hoc est, propterea abire in domum meam. Et ait: Descende, quia à Cana, quæ in clivi montis sita erat, descendendum erat in Capharnaum, ut notat Brocard. 1. p. cap. 6. §. 1. Priusquam moriatur & reliquerat enim filium in domo jam penè animam agentem. Filius meus? puerulus meus mihi amantissimus. Tres defectus hic in Regulo apparent, debilitas fidei, ignorantia, ac humana præsumptio. Defectus fidei multiplex est. Existimabat, quod Dominus non poterat absentem sanare. Deinde quod si puer moreretur ante Domini adventum, ab eo iterum resuscitari non posse. Ignorantia hominis existimabat, quod auxilium Domini posset esse serum, & extra tempus proportionatum, cum semper Dei virtus sit opportuna, & valde efficax. Tertio, Præsumptio humana Sylveira in Evang. Tom. 11.

Brocard.

petit à Dei benignitate miraculum, quod est supra naturam, vult tamen, ut fiat juxta suum beneplacitum, ac modum suæ naturæ, ut Dominus descendat, & det salutem filio, ut etiam Naaman affectabat 4. Reg. 5. n. 11. Putabam, ait, quod egeret ad me, & stans invocaret nomen Dei sui, & tangeret manum suam lepræ, & sanaret me. Pro filio ab aliis legitur puerulus, quod enim infirmabatur Capharnaum, hoc est in abundantia rerum temporalium, puerulus; & parvulus erat.

Humana præsumptio ad motum sue voluntatis vult miracula fieri. 4. Reg. 5.

Joannis 4. n. 50. Dicit ei Jesus: vade filius tuus vivit, credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, & ibat.

VERSIONES.

Ex Hebræo. Vade filius tuus sanus est.
Syriacus. Et credidit vir ille sermoni.

EXPOSITIO.

VALDE insipienter dixerat Regulus, quod Dominus descenderet, antequam filius ejus obiret, ut vidimus superiori versu; tamen Dominus hujusmodi insipientie non attendens miseretur, & puero dat sanitatem. Quod ponderat D. Cyrill. lib. 2. in Joan. cap. 119. Non imperitiam, ait, in omnibus nostram Christus respicit, sed ne Deus, etiam peccatoribus auxilium offert. Et de hac insipientia hic eum Dominus non reprehendit, sicut antea fecerat ad primam Reguli petitionem: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis, n. 48. exemplum dans Prælati, quia non semper, semper reprehensionibus est instandum. Et quem Dominus reprehensione non sanavit, beneficio, ac dono sanitatis convertit ac traxit.

Benignus pater non attendit ad imperitiam filii. Cyrill.

Dicit ei Jesus: Vade, hoc est abi tu in domum tuam, non est necesse, ut ego tecum descendam. Duo petierat Regulus, ut ait Cajetan, ut Dominus descenderet, & ut sanaret filium. Primum negat Dominus, dicendo: Vade. Et sanè magna prudentia quia si Dominus descenderet, fides Reguli maneret infirma; nam si ipse crederet, quod Dominus sanabat filium, non tamen crederet, quod habebat virtutem ad sanandum absentem. Secundum, quod Regulus petierat, concedit Christus, dicendo: Filius tuus vivit, non ait, vivet, sed vivit de præsentibus. Et est phrasîs Hebræica, & significat sanum esse. Hoc verbo Dominus sanavit puerum in Capharnaum; Et sanum esse, dixit Regulo, cum omnia agnoscat per suam scientiam. Sedolius lib. 3. Paschal. c. 2. His verbis, ait D. Cyrill. lib. 2. cap. 120. duos Saluator curavit; nam & Reguli animum ad fidem induxit, & corporis morbo adolescentem eripuit.

Deus donat de præsentibus. 61.

Credidit homo sermoni, credidit verum esse sermonem Jesu, & filium esse sanum. Carthosianus rectè ait: Iam merito Regulus appellatur homo, scilicet utens ratione, ac rationabiliter agens, dum credit Christo, & voci ejus obediit. Imò inquit Glossa, & Hugo, quod Dominus sermone sanavit Regulum; & sic meruit ille sanari aem filio. Et idem ferè Eusebius homil. de hoc Evang. Tamen existimo quod prius, vel saltem simul fuit sanitas pueri, & fides Reguli, quia in illo instanti, in quo Dominus

62. Carthuf. Hugo. Euseb. Quæ fides Reguli.